


13
35





JEHOVA AUSPICE,
DISPUTATIO INAUGURALIS

DE
INDUCIIS MORATORIIS

seu
RESCRIPTIS, SIVE LITERIS DILATORIIS
ANNALIBUS AUT QVINQVENNA-
LIBUS, &c.

Vulgò
Quinquenell/oder Anstandsbrieffen &c.

Quam
Consentiente ac permittente
Magnifico Jctorum Ordine,

Præside
VIRO

Excellentissimo aq; ac Consultissimo,
DN. ZACHARIA Prüschenckh
J. U. D. & P. P. Curiaë Provincialis ac Scabinatus
Assessore &c. Dn. Fautore suo pluri-
mùm honorando,

Pro summis in utroq; jure honoribus ac privile-
giis consequendis
Publico examini exponit

CAROLUS Vom Hagen Megapol.

Ad diem 23 Septemb.

In Auditorio Jctorum

JENÆ

TYPIS ERNESTI STEINMANNI

ANNO M. DC. XXXV.

ES

res
ore.
bet.
dio
oof-
de
fin.
ico
tus
ra-
uod
fo-
on-
Pi-
15.
ree
one
icfo
pro-
li-
no.
ta-
st.
in-
ali-
mi-

57 28
1635,5



DISCIPULI

THEOLOGICI MORATORI

RECTORIBUS SIVE LITERIS ILLUSTRIBUS

AC ACADEMICIS SIVE QUINQUE

UNIVERSITATIS SIVE

MAGNIFICI JOHANNIS OEDINGII

PROFESSORIS

EXCERPTUM

IN

PROFESSORIS

PROFESSORIS

PROFESSORIS

PROFESSORIS

PROFESSORIS





UM secundum monitum *ſcti Pauli* in *l. 25. de liber. legat.* quotidiana plenius attingenda & pertractanda ſint: Non erit in vitio, ſed laude maximè, ſi hoc conclamato ſeculo, (ubi non ſolùm armis & bellicis tumultibus fervent omnia, bella ex bellis ſeruntur, verùm etiam omnia jura divina & humana pervertuntur, omnes regiones & provinciæ planè enervantur, caſtrantur ac concutiuntur, hominesque ſæpè privati inſolentiâ ac inſatiabili auri fame Martis pullorum etiam opulentiffimi ad incitas & anguſtiam rei familiaris ad eò rediguntur, ut ſuis creditoribus amplius ſatisfacere, fidem liberare & in contractibus promiſſa juſto tempore præſtare nequeant; propterea tempus respirandi aucupantur & beneficium ac auxilium Principis, ad ipſis concedendas inducias moratorias, ſive dilationem quandam ſolvendi implorant): quis de hujusmodi beneficio hominibus ita vel malitiâ hominum, vel fortunâ novercante, vel aliis caſibus fortuitis bonis ſuis denudatis competente & quotidie à miſerabilibus perſonis deſiderato tractationem quandam inſtituat. Itaque hac de materia pro ingenii modulo diſputationem quandam non tam fuſè, quam nerveſe levidenſi ſtylo concinnavi.

Thesis I.

Non ſolùm olim *ex l. 12. tab.* duriter cum obæratibus debitoribus, qui non erant ſolvendo procedebatur, dum creditor eos vel necare & in partes ſecare, vel in gravem detrudere poterat ſervitutem, donec ipſi ſatisficeret. *Gell. lib. 10. c. 1. Coler. p. 1. de proceſſ. execut. c. 6. n. 128. Heig. p. 1. q. 35. n. 26.* Idem in Hiſpania obſervari, teſtatur *Covarr. lib. 2. var. reſolut. c. 1. n. 5.* Apud Saxones rigor etiam non diſſimilis ferè uſurpatur, dum debitor, ſi non eſt ſolvendo, ſo wird er dem Glaubigern an die Handt gewieſen / daß er die ſchuldloß arbeit oder loß ſiße. *Landrecht lib. 3. art. 39. Coler. d. l. n. 114. & ſeqq. Berlich. p. 2. concl. practicab. 28. n. 14.* Ab hoc tamen jure reſeſum volunt ob carceris publici introductionem. *Conſt. Aug. 22.*

p. 2. Berlich. d. l. n. 16. Sic etiam Jure Lubeeensi eadem pœna tradi-
tionis ad manus creditoris & præstationis operarum servili-
lium contra debitores hujusmodi exercetur. tit. 3. art. 1. Hillig. ad
Don. p. 2. lib. 27. c. 9. lit. 2. Verùm etiam hodiè sæpè accidit, ut credi-
tores contra præscriptum J. Cti Ulpiani in l. 33. in princ. D. de usur.
se acerbos exactores & contumeliosos præbeant, nec mode-
ratos, multò minus cum efficacia benignos & cum instantia
humanos, sed si non citius, statim ad terminum cum sacco pa-
rati contra temperamentum à J. Cti in l. 105. §. 13. D. de solut. præ-
scriptum veniant, non attendentes non magnum damnum esse
in mora modici temporis, secundum J. Cti in l. 21. de judic.

II.

Idèò, quod summa humanitas postulat, imò Christiana
charitas efflagitat Princeps exequitur, quoties contra hujusmo-
di creditorum importunas exactiones, debitoribus casus infe-
lices passis, humanam rerum omnium vicissitudinem expertis
bonisque suis omnibus fortunâ novercante lapsis, vel ut J. Cti
Paulus loquitur, qui fortuitis casibus fortunas amiserunt, ut sol-
vendo non sint, in l. 37. §. 1. D. de negot. gest. exceptionibus dilato-
riis, sive præscriptione moratoria, vel aliter dictis clementer
ratione commiserationis succurrit & alas suæ defensionis in-
star aquilæ supplicantiibus quasi pandit. l. 2. C. de prec. Imp. offer.
Unde eos J. Cti Paulus in l. 45. §. 10. in fin. D. de jur. fisc. ad Imperato-
rem remittit. Idque summa æquitate naturali nititur, 1. Quia
Princeps per has literas non improbis, sed infelicibus saltem
debitoribus commiserationis ratione subvenit. arg. Nov. 4. c. 3.
Nov. 135. in pref. R. A. de Anno 1548. tit. Von verdorbenen Kauffleuten
§. vnd nach dem sie ic. & de Anno 1577. eod. t. §. Wann auch solche vero-
dorbene Kauffleute ic. ibi, aus vnversehenen zugestandenem Vnselken.
Putat qui notabile damnum ratione fortè belli, incendii, naufr-
gii passi sunt arg. t. t. D. de incend. ruin. naufr. quod prævidere non
potuerunt, arg. l. que fortuitis. 6. C. de ping. act. Qui autem ita ex in-
opinato & fortuito casu in calamitates inciderunt ut satisfacere
non possint, hi sanè contra Christianæ charitatis Exod. 22.
vers. 25. & humanitatis officium quotidianis interpellationibus
ac comminationibus divexantur, 2. Quia non adeò grave
disspendium per eas creditores sentiunt, siquidem (1.) debitum
eis

eis non aufertur, sed solutio saltem ob magnam difficultatem;
vel etiam solutionis faciendæ impossibilitatem differtur, l. 2. ibi.
moratoria. l. universâ 4. ibi. super præstandis dilationibus C. de prec. Imp.
offer. (2.) Præscriptio interim impeditur, de quo in effectu. (3.)
Usuræ medio tempore currunt, de quo etiam infra Tessaür. decis.
186. n. 2. Dn. D. Sincelthaus in disp. de morat. præscript. ch. 5,

III.

Sunt etenim Indiciæ moratoria, quæ ita dicuntur, quia
remorantur exactiõnem creditoris, sive moram injiciunt ejus
petitioni: Morari enim est retardare, differre, l. postquam s. s. 1. ibi
si peritionis dies moraretur, id est, retardaretur, differetur D. ut legat.
seu fideicom. serv. l. si servum 91. s. 1. vers. si autem alienus. ibi. postquam
moratus est solutionem, id est, distulit. D. de V. O. l. in ambiguis. 85. s. quoo
ties. 2. ibi. dubitatio juris moratur. de R. f. l. cum possessor s. s. pro pecunia
2. ibi. oblata moratoria cautio. D. de cens. l. si ususfructus. 6. ibi moratusq;
in ea danda. D. de us. & usufr. leg. l. si quis in hoc. 10. in fin. ibi. imponere
non morentur C. de Episc. & Cler. l. si ea. 7. ibi cognitionem moratur. C. de
his qui accus. non poss. & quia interim debitor immunis est ab ex-
actione creditoris & quasi ferias ac pacem habeat, induciæ ap-
pellantur, exemplo induciarum bellicarum, quæ belli feriæ vel
pax ad certum tempus dicuntur. Waremurd. ab Erenb. in med. pro
fæder. lib. 1. c. 3. n. 28. Hillig. lib. 22. c. 9. ad Donell. lit. f. in fin. Dn. D.
Sincelthaus in d. d. de morat. præscript. 9. 2. (quæ etiã vel I. Præscri-
ptio moratoria, id est, exceptio, quæ remoratur exactiõnem,
Hillig. ad Don. d. c. 9. lit. D. l. 2. C. de precib. Imp. off. Dn. D. Sincelthaus
d. l. 9. 2. II. Induciæ quinquennales, l. final. C. qui bon. ced. poss. vel III.
Induciæ simpliciter, quas aptè rusticos industrias vocare, notat
Tessaür. decis. 186. n. 1. & Dn. Anton. in suo tr. de rescript. morat. conclus. 4.
n. 26. vel IV. Rescripta moratoria, sive literæ dilatoriæ, l. 4. C. de
prec. Imp. off. vel V. literæ salvi conductus, gratiæ, securitatis, re-
spirationis &c. Limn rom. 2. de jur. pub. lib. 4. c. 8. n. 331. Menoch. arbitr.
judic. qua. cas. 203 n. 14. Anton. Fab. in Cod. libr. 1. tit. 9. def. 2. 11. 14. & de
error. pragm. dec. 25. erro. 3. in pr. vel VI. simpliciter moratoria
oder Quinquenel/ quod communiter ad quinque concedantur
annos, Reichs Abschted zu Aupsurg de Anno 1548. tit. Von verbor-
benen Kauffleuten s. vnd nach dem sie zu zeiten 2c. & de Anno 1577 tit.
23. Von verborbenen Kauffleuten s. Wann auch solche. Hinc VII,



Mercatoria exceptio, quod Imperator mercatori obærato concedere hoc privilegium soleat, Schneidew. ad § jus a. civile, n. 11. in fin. Inst. de J. N. G. & C. VIII. Vernacula nostra, Anstands Brieffe auff gewisse Zeit zu zahlen / intra quod tempus cum debitor ad solutionem compelli haud possit, Saxones dicunt, Er sey Ensen worden. Chilian. König in process. judic. c. 2 n. 13. Vent. de Valent. lib. 2. Part. litigios. c. 9. n. 22. Hering de fidejuss. c. 5. n. 102. Wehner. obs. pract. verbo Anstandsbrief. quo alludit Autor des Froschmeußlers p. 2. c. 14. da bringet der Teuffel aus der Hell / ein Schusbrief mit der Quinquennel / da wirdt der Fleischman Stahl vnd Eisen / da wil man ihn die Guter weisen. dicuntur, hæc enim pro synonymis accipiuntur) nihil aliud, quam beneficium à summo vel territorii Principe, humanitatis ac aequitatis intuitu petenti datum, qui casu fortuito damnum passus est, ut intra certum tempus dilationem solvendorum debitorum, dilationem non respuentium habeat, nec à creditorib. pulsari, in carcerem detradi, aut bonis cedere cogatur, sed interim confiscare possit, unde dilatione elapsa solvere valeat. Limn. d. tom. 2. de jur. publ. lib. 4. c. 8. n. 333. Dn. Anton. d. tr. tit. 4. conclus. ubi habes explicationem singulorum membrorum definitionis.

IV.

Hujus itaque privilegii, sive beneficii causa primaria, constituens suo jure merito summus Princeps, seu Imperator, sive alius superiorem non recognoscens salutatur, adeoque Reservatis seu Regalibus majoribus jure assignatur, arg. l. 2. ibi rescripto nostro C. de prec. Imp. offer. l. final. in princ. ibi. à nostra majestate petitur C. qui bon. ced. poss. per Ordinat. Polit. Carol. V. Augusta institutam Anno 1548. tit. Von verdorbenen Kauffleuten §. vnd nach dem sie zu zeiten bey den Römischen Kayser vnd Königen moratoria oder Quinquennel / außbringen vnd erlangen / 20. & rursus ibi, Wir oder vnser Nachkommen Römische Kayser oder Könige Item de Anno 1577. §. Wann auch solche. in verbis: So meinen wir hiermit meßlich / vnd wollen / daß ihnen solche Moratoria vnd Quinquennel hinfüro nicht mehr gegeben werden sollen / wir oder vnser Nachkommen / Römischer Kayser oder König 20. Lancell. in templo omni. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. de prestant. & por. Imper. Anton. Fab. in Cod. suo

suolib. 1. tit. 9. de fin. 17. Webaer. pract. obs. verb. Anstandsbrief. ver-
estque de regalibus. Dn. D. Finckelshaus d. d. q. l. 4. lit. e. Moller.
4. semest. 6. Hillig. ad Donell. d. l. lit. 9. Matth. Steph. lib. 2. de ju-
risd. p. 2. c. 7. n. 389. Is enim est totius Christiani orbis caput, per
c. 2. A. B. Carol IV. §. 3. R. A. de Anno 1530. §. dergleichen wir / ibi, als
Römischer Kaysers vnd Haupt. R. A. de Anno 1545. §. also vnd dermas-
sen / ibi: daß wir als das Haupt & passim in aliis constitutionibus
Imperii: Mundi Dominus. l. de precatio. D. de Leg. Rhod. de jact. &
omnium quæ in mundo sunt, l. benè à Zenone. C. de quadr. presc. cu-
jus fortuna omnes supereminet alias, l. 7. C. de bon. quæ lib. cui plu-
rima Deus dedit & multorum dominum esse, Nov. 7. c. 2. §. 1.
Quo nihil in terris habetur sanctius. l. ult. C. de U. l. Titius 87. §. 4. de
leg. 2. Wesemb. in n. D. ad L. Jul. Maj. nihil majus d. l. ult. in princ. C. de
U. Cothm lib. 4. cons. 4. n. 10. Reink. de regim. sec. & Eccl. lib. 1. Class. 2. c. 6.
n. 4. & seqq. Limn. de jur. publ. tom. 1. lib. 2. c. 7. n. 25. Hinc fons omnium
dignitatum dicitur à Præpos. in c. unic. n. 2. quæ sint regal. & ab eo
omnes dignitates fluere ac reflüere, sicut flumina de mari. Bald.
in l. unic. C. ad L. Jul. de amb. Borch. de fend. c. 4. n. 12. atque adeo etiam
privilegiorum fons rectè dicitur. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 3. & 4.
Dn. Anton. d. tr. tit. 6. conclus. 11. n. 9.

V.

Vel qui hunc repræsentant, uti sunt in nostro Romano-
Germanico Imperio *Vicarii*, vel perpetuus ut *Rex Romanorū*,
vel temporales ut *Electores Palatinus & Saxo. c. s. A. B. I.* Quia
gratiosa, quæ nullam alienationem continent, neque in da-
mnum Imperii vergunt, vicariis prohibita non sunt, d. c. s. A. B.
§. 1. in fin. ibi. *omne genus alienationis & c.* ibique Buxtorf. in diff. A. B.
conclus. 73. Mart. Rummil. in diff. ad d. c. s. A. B. p. 1. diff. 4. conclus. 22. circa
fin. II. Quia reservatio seu exceptio d. c. s. arguit in reliquis omni-
bus vicariorum potestatem eandem esse, quæ sit Imperatoris,
cum exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, l. 12. §. 43.
in medio D. de instr. vel instr. leg. III. Quia Vicarius, Prærex, sive
Locumtenens regulariter omnia ea, quæ ipse, cujus vices gerit,
facere potest, ejusdemque privilegiis & prærogativis omnibus
gaudet. l. 1. de off. vic. l. 1. & 2. C. de off. ejus qui vic. alic. judic. l. 1. §. 4. ibi:
vel eo, qui vice præfecti. D. de legat. 3. Buxtorf. ad d. c. s. conclus. 71. circa
med. D. Sibold in disp. de Vicar. Imper. 1. h. 12. lit. a. Præjudicium hanc
ad



ad rem adducit *Buxtorf. ad d. c. 5. conclus. 73. in fin. de Typographo*
Francofurtensi, cui à Palatino Rheni tempore interregni post
lauditissimi Imperat. Rudolphi obitum, tanquam vicario ejus-
modi quinquennales literæ concessæ fuerint.

VI.

Imò hodiè Principes Imperii aliique immediati status ra-
tione territorialis superioritatis ac eminentiæ ab Imperatore
concessæ, cujus respectu tantum dicuntur vulgò in suis territo-
riis posse, quantum Imperator in toto Imperio, etiam hoc supe-
rioritatis jus meritò usurpant & has inducias in suis territoriis
debitoribus concedunt: *Andr Knich. de sax. non prov jur. c. 5. n. 456.*
Mat. h. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 349. Wehner. d. l. Tessaure. decis.
186. Hillig. d. l. c. 9. lit. g. Limn. d. l. n. 329. Anton. Fab. in Cod. suo lib. 1. tit.
9. defn. 17. Ming. de super. territor. sb. 74. Dn. Finchelth. in d. d. 9. 4. lit. e.
Cum hac tamen notabili differentia implicite ex jam dictis de-
ducta: Imperatoris enim concessio hoc operatur, ut sicut ille
in universo imperio fundatam jurisdictionem habet, ita & ipsi-
us induciæ contra omnes creditores tam mediatos, quam im-
mediatos, cujuscunque in territorio consideant, validæ sint
ac suum vigorem & effectum obtineant. Cum contrà à Princi-
pibus ac aliis statibus Imperii ex justa ac legitima & quidem ea-
dem, qua Imperat. eas concedere solet, debitoribus concessæ,
illis tantummodo patrocinentur adversus creditores eidem
Principi subjectos. Extra enim territorium jus dicenti impunè
non paretur, nec par in parem habet potestatem. *l. ult. D. de jurisd.*
l. 53. §. final. D. de re judic. l. 239. §. territorium, ibi. intra eos fines. D. de V.
S. c. 13. §. de judic. l. 13. §. 4. ibi. Praetorem quidem in Praetorem & c. D. ad
S. C. Trebell. c. innovuit. §. de elect. & elect. potest. l. 4. de recept. arbitr.
& Princeps extra territorium habetur instar alterius privati,
l. 3. de off. presid. Joh. Nold. de stat. nob. civil. c. 2. concl. 19. Aiac. Enenckel.
Baro in tr. de privileg. c. 19. n. ult.

VII.

Has quoque inducias, sive dilationem moratoriam sol-
vendi ipsos creditores, sive omnes, sive majorem eorum par-
tem suis debitoribus, accedente Principis sive Magistratus loci
ord. narii decreto, concedere posse, liquidò constat ex *l. final. in*
pr. ibi: eis indulgere & vers. & siquidem unus. ibi: sive indulgere tem-
pus



pho
post
jus-
s ra-
ore
rito-
pe-
riis
456.
decif.
tit.
lit. e.
de-
ille
ipfi-
im-
finc
nci-
ca-
ssa,
em
unc
risd.
e V.
D. ad
bitr.
vati,
ckel.
sol-
par-
loci
l. in
rem-
pus

3
43

pus desiderat. C. qui bon. ced. poss. Zanger. de except. p. 2. c. 11. n. 2. Webner. obs. pract. verb. Anstandsbrief. Cothman. in lib. 1. Cod. tit. 19. n. 21. Sincelth. d. d. 9. 46. Diss. Cucchus d. tr. de morat. presc. n. 31. & 32. Ratio II. est, quia non solum debitorum, sed etiam creditorum gratia beneficium hocce inventum, ut scilicet debitores ad frugem redeant, & res suas locupletent, eoque melius solvere postmodum valeant & creditores suum consequi. Stracha de delictoribus part. 6. n. 20. Matth. Steph. de juris. d. l. 2. p. 1. c. m. 2. n. 252. Webner. d. l. II. Quia major creditorum pars, in praedictum minoris partis creditorum, partem debiti penitus remittere potest, l. jurisgentium. 7. §. final. & l. seq. D. de pact. quidni igitur & multo magis solutionis tempus saltem differre & prorogare posset? l. non debet. 21. & arg. l. 156. §. 1. de R. J. Eberhard. in topic. loc. 15. III. Quia major pars concludit, l. 19. D. ad municip. l. 5 in fin. C. de legat. d. l. 7. in fin. D. de pact. IV. Quia haec sententia benignior & humanior est, ideoque praefenda, l. final. C. qui bon. ced. poss. l. 156. l. 192. §. 1. de R. J. Cothm. d. l. 22. Webner. Moller 4. semestr. c. 6. n. 3. Sincelth. in d. d. 9. 46. Si modo omnes in unum conveniant, d. l. final. ibi. ut omnibus in unum condonatis C. d. l. d. l. 7. §. final. de pact. Quia minor pars majorem in suam sententiam trahere potest, ut in simili dicitur, l. item si unus. 17. §. Celsus. 7. in fin. D. de recept. arbitr. Dn. Sincelth. d. l. 9. 45. Donell. lib. 27. c. 8. ibiq. Hillig. lit. A. Cuch. in d. tr. de morat. presc. n. 32. Anton. Fab. in Cod. suo tit. 9. de fin. 21. n. 8. Dn. Anton. d. tr. de rescript. morat. concl. 16. Non obstante regula illa Juris in l. 26. de R. J. Quia lex hic expressè praesentiam requirit d. l. fin. C. qui bon. ced. itaque hic locum habet l. in his, que contra, 15. D. de ll. Minor ergo creditorum pars majori consentire cogitur & datam a majori parte dilationem approbare intraque indultum tempus nullam molestiam debitori creare, per jamdicta.

VIII.

Major autem pars creditorum non sic simpliciter accipienda ut in l. quod major pars. 19. D. ad municip. & l. 5. in fin. C. de legat. lib. 10 secundum numerum creditorum atque ita analogiam Arithmeticam, sed potius secundum proportionem Geometricam ex mensura seu quantitate cumulove debiti ac interesse majoris aestimari debet, d. l. final. vers. & siquidem unus. C. qui bon. ced. poss. l. 8. ubi Anton. Fab. in rational D. de pact. cum fieri possit,

B

fit,



fit, ut uni vel duobus plus quam cæteris omnibus debeat, quo casu potiore quoque eorum rationem haberi æquitas suadet. *Anton. Fab. d. l. in Cod. lib. 1. tit. 9. defin. 6. n. 3.* Vel si par sit debiti quantitas, numeri creditorum etiam habeatur respectus, *d. l. final. ibi: pari autem quantitate debiti inventa. C. eod.* Idque etiam procedere, ut scilicet ita major pars creditorum præjudicet minori, in majori parte creditorum chirographariorum, contra hypothecarios, quibus quoad hanc dilationis concessionem præjudicare possint, constat ex *d. l. final. ibi: nulla differentia inter hypothecarios. C. eod.* Quia hic non tractatur de præjudicio intrinseco in parte debiti remittenda, sed æque ipsis permanet debitum cum suis qualitatibus, id est, securitate saluum ac cæteris creditoribus, solutio & exactio tantum differtur, & finitâ dilatione, si nõ fuerit solutum, res ad pristinum statum revertitur & creditores hypothecis suis utuntur. *Meland. in comm. Cameral. p. 1. tit. 102. ubi simul ad fundamenta Coleri dissentientis de process. execut. p. 1. c. 4. n. 16. respondet Dn. Sincelth. in d. d. q. 47. Anton. Fab. in Ration. ad l. 8. D. de pact.* Nec mihi quidem admittendum esse videtur, ut aliud statuatur etiam si debitum juratum sit, *arg. l. ult. C. de non numerat. pec.* Ratio, quia ideò tantummodo juramentum contractui adjectum est, ut eò arctius obstringeretur debitor, jam verò hoc vinculum obligationis nihil confert quoad obligationis effectum tantum differendum, scilicet solutionem, secus vero si ad tollendum planè ageretur, proinde idem in juratis debitoribus statuendum reor: Quia differens non videtur transgressor, *c. non est votis. de vot. & arg. d. ult. C. de non num. pec. d. l. final. C. qui bon. ced. poss. Diss. Dn. Sincelth. in d. d. q. d. & Dn. Anton. in d. r. conclus. 15. n. 20. ubi plures diff. allegat.*

IX.

Daturque tale beneficium cuilibet dignè & legitimè ab Imperatore, Rege, Principe Principumque jura habente per libellum supplicem petenti ac postulanti, sive sit mercator, de quo constitutiones Imperii de Anno 1548. & 1577. in *dd. tt.* sive quis hoc subsidium merens, *l. quoties, 2. ibi: aditus supplicanti pandatur. C. de precib. Imper. offer. l. ult. C. qui bon. ced. poss.* quæ leges generales ac indefinitæ existunt, ideoque etiam meritò generaliter ac indistinctè sunt intelligendæ: *l. 1. §. generaliter. D. de legat. præst. l. de pretio. 8. D. de publ. in rem act. l. 44. de legat. 2.* Quia ratio æquitas

tatis



tatis movens dilationis concendendæ in *dd. Recessibus Imp. expressa, ibi: Dasß sie aus unversehnen zugestandenem Unfällen ihren Leib oder Güter verstorben vnd ausgestanden seynd* etc. est generalis & militat æque in aliis ac mercatoribus obærat, ubi verò eadem ratio, ibi idē jus, *l. 32. in fin. princ. D. ad L. Aquil. l. 108. D. de V. O. l. 4. in princ. C. de lib. præd.* Non solum privato cuilibet debitori; verum etiam Syndico Universitatis, Civitatis, Communitatis, Collegii, Capituli, Cœnobii & alterius alicujus corporis ac cætus nomine, si in eam egestatem universitas ex temporum injuria & calamitate delapsa sit, *Anto. Fab. in Cod. suo lib. 1. tit. 9. de fin. 18. Limn. d. l. n. 333. Sinckelth. in d. d. q. 4. lit. 6. Dn. Anton. in d. tr. tit. 7. concl. 18. n. 1.* Textus enim tam in *l. universa* & *l. quoties C. de precib. Imp. off. l. final. C. qui bon. ced. poss. quàm in dd. RR. Imperii de Anno 1548. & de Anno 1577. sub titulis: Von verstorbenen Kauffleuten* indefinite ac generaliter loquuntur de quibusvis debitoribus hoc adminiculo Imperatorio dignè impetrantibus, ut haut immeritò generaliter & indistinctè accipiantur, per textus supra adductos. Cum aliàs in jure non infrequens sit, sub dispositione generali non tantum personas singulares, sed corpora quoque & universitates comprehendì, idque expressè per *l. si quis id, 7. §. final. & l. si familia 9. D. de jurisd. l. ergo sciendum 22. circa fin. D. ex quib. caus. major. l. mortuo. 22. D. de fidejuss. l. nihil. 15. D. ad S. C. Macedon. l. metum. 9. §. animadvertendum D. quod met. caus. Pauermeister. de jurisd. lib. 2. c. 9. n. 67.* Nec ratio diversitatis hic ullo modo dari potest, cum eadem ratio commiserationis propter infortunium, indeque nimis grande æs alienum hic locum sibi vindicare & idem beneficium superioris efflagitari possit, ut non immeritò & hic æquitas in pari causa paria jura desideret, *c. unic. vers. ut autem. 2. Fend 54. Reinking de Reg. Sec. & Ecc. lib. 2. class. 2. c. 11. n. 24.*

X.

De Judæis atque Hebræis si non suâ culpâ ad incitas & inopiam redacti suis creditoribus satisfacere nequeant, an idem statuendum sit, ipsisque & ad hoc beneficium consequendum aditus pateat, haud levis prima fronte hæc secum perpendenti occurrere ratio dubitandi videtur: Quæ tamen facili negotio repellitur, si Judæi non quasi membra corporis Christianorum spiritualis considerentur, sed tanquam Cives Romani & Ci-

B 2

vitatum



ad rem adducit Buxtorf ad d. c. conclus. 72. in fin. de Turcorum
vitatū membra in quibus cettis & justis conditionibus, toleran-
tur, de quarū corpore sunt, in scenā producantur, ideoq; Roma-
norū & Christianorū legibus & earundē civitatū statutis licitè
tām activè, quàm passivè uti censentur: tām jure civili, *l. 17. de stat.
hom. l. Judei. 8. l. l. nullus 9. 14. l. si qua 15. C. de Judeis l. Christian. 6. C. de
pagan. Nov. 146. c. 1. Nov. Leon. 59. l. 15. §. 6. de excus. tut.* Jure Canonico,
l. 1. §. de Jude & Sarrac. quàm constitutionibus Imperii, *Aur. Bull.
Carol. IV. c. 9. in fin. ibiq; Buxtorf. conclus. 90. & in der Policen Ordn-
nung de Anno 1530. tit. Von den Jüden & P. D. de Anno 48. eod. tit.
& de Anno 77. tit. 20. Thom. Mich. de Jurisd. concl. 48. lit. b. Sixt. de Re-
gal. lib. 1. c. 5. n. 19. Mynsing. cent. 5. obs. 6. circa fin. Wehner. pract. obs. verbo
Jüden. Reink. de Reg. Sec. & Eccl. lib. 2. class. 2. c. 3. n. 6. & seqq. Magnif.
Dn. Arum. disc. 5. ad A. B. th. 6. Rumel. ad A. B. p. 1. diff. 8. th. 16. & seq.
Dn. Parens meus Christophorus Vom Hagen p. m. in tract. suo de
usur. c. 10. n. 115. Speckhan. cent. 2. class. 1. q. 16. 17. & 18. Paucis casibus spe-
cialibus exceptis, qui videri possunt apud Dn. Reink. d. l. Sic ipsi
æque ac Christiani moram purgare non inhihentur, *d. l. Judei. 8.
C. de Jud. ibi. Romano etiam communi jure utentes. Dn. D. Arum. in tr.
de mora c. ult. n. 2.* Justas secundum jus gentium saltem contrahe-
re nuptias & liberos in potestate habere dicuntur, *CC. in c. ex li-
teris. 2. §. de convers. infidel. Ayser. in process. jur. histor. p. 1. c. 8. obs. 1. n. 19.
& 24. Wehner. d. l. in princ. verb. Jüden. Tutores esse possunt, l. 15.
§. 6. de excus. tut. Wehner. d. l. Reinking. d. l. n. 33. Diff. Obrecht. in disp. de
tut. th. 178. Decuriones esse possunt, l. 3. §. ult. D. de decunon. l. jussio. 5.
C. de Jude quod restringūt, ut procedat inter ipsos Judæos, *Vult.
J. R. lib. 1. c. 11. n. 44. Reink. d. l. Wehn. d. l. Immobilia inter Christia-
nos possidere possunt, c. de terris, §. de decim. Imò contra jus com-
mune in Camera Imperiali de Germaniæ consuetudine & Ca-
meræ stylo iis juramentum suppletorium defertur & quod ma-
gis contra Christianos testes esse possunt, testibus Mynsing. d.
cent. 5. obs. 6. Wehn. d. l. & ex iis Wurms. Exerc. Jur. pub. 4. q. 18. Reink.
d. l. n. 30. & 31. idque contra c. 1. de test. c. non potest. 2. q. 7. l. 21. C. de heret.
& Manich. Idque etiam iis jur. Saxon. permissum est, Reinhard,
p. 4. differ. 18. Coler. decis. 127. Weichbildt art. final. quam tamen senten-
tiam limitat Coler. d. l. Formulam juramenti à Judæis præstandi
vide in Ordin. Camer. de Anno 1533. sub tit. Form vnd Ordnung des
Jüden Eyds & in Ordin. Cam. de Anno 1555. p. 1. tit. 86. alia & major
est***

est solennitas de *Jure Saxon. in Richsteig Landrechtens. c. 50.* Multo magis igitur, quia ipsis contrahere non solum inter sese, verum etiam cum Christianis in jure permittitur, per textum in *l. nemo externus. 9. C. de Jud. & Cælic.* contractum emptionis & venditionis celebrare, *d. l. Hering. de fidejuss. c. 8. n. 117.* ipsis hujusmodi induciæ perinde ut Christianis concedendæ, quibus contractus initi tandem consumuntur & ad effectum deducuntur, licet in genere considerati majori odio digni sint & quandoque à regulis æquitatis excludantur. *Reink. d. l. n. 28.* Si quæ tibi scrupulum injicere videntur, scilicet quod sint personæ odiosæ, infames, *auth. Gazaros. C. de heret. c. 16. x. de Jude. remotæ ob omnibus dignitatibus & officiis, l. final. C. de Jude.* Medicinæ gradu excepto, *Sebast. Medic. in tr. de ll. & Stat. p. 4. q. 17. n. 7.* & ejus farinæ alia, illa uno ictu instar nodi Gordii, secari ac solvi possunt, si distinxeris *cum D. Anton. in d. tr. concl. 19. n. 36.* inter materiam æque convenientem ac proportionabilem Judæis ac Christianis, aut non omnino ex æquo congruam, de priori nobis non posteriori est sermo.

XI.

Ab hoc tamen beneficio Principis arcentur quidam debitorum, & generaliter indultum iis non proficit, idque efficitur, vel *ex persona debitoris*, cui denegatur aut datum non prodest beneficium, *si vel indignus, vel factus sibi ademit.* Vel *ex persona Creditoris: si velonus mora ferre nequeat: vel aliud ipse ex persona sua privilegium competat.* Vel *ex conditione & qualitate debiti.*

XII.

Ex *persona debitoris* hoc cessat beneficium, si vel *indignus est* hoc beneficio, ut si decoctor, qui quidem angustiam rei familiaris præmitur, verum sua culpâ, non fortunæ asperitate & injuriâ, quæ est causa hujus beneficii, sine qua non, hoc damnum sentiunt, dum bona sua luxu, helluationibus, ludis, fastu & aliis irritamentis malorum superbiæque inservientibus decoxerunt & abligurierunt, qui dicuntur *Decoctores, Falliti & Bancorrupti*, vulgò, *muchwillige Bancrottirer und Leutbetrieger / welche das ihrige verspielen / verschlemmen / oder sonst unnußlich zu ihrem selbst*

selbs eigenen vnd anderer Leute Schaden / Verderb vnd Vntergang
verbringen vnd verprassen / qui non privilegio & beneficio Prin-
cipis digni sunt, sed gravissimis pœnis, si non illâ, ut creditori-
bus in partes secandi ac dilacerandi dentur, de qua *Gell. noct. Att.*
lib 10. c. 1. Heig. p. 19. 35. n. 26. Covarr lib. 2. var. res. c. 1. n. 1. aut in erga-
stulum pro præstandis operis tradantur, *Heig. d. l. n. 27.* vel more
Muscovitarum, de quo *Hering. de fidejuss. c. 5. n. 123.* flagris baculis-
que graviter percutiantur, donec creditoribus satisfaciant, vel
servituti ab ipsis mancipentur: vel Chinesium, apud quos si
tales falliti ipsis in carcere præfinito solutionis termino credi-
toribus debita non persolverint, verberibus usque ad interne-
cionem cædantur, *Dn. Anton. d. tr. concl. 23. n. 3.* affiendi; Sunt
tamen ad carceres ablegandi, *Constit. Elector. Aug. 22. p. 2.* Imò ut
fures puniendi, *R. A. de Anno 1548. tit. Von verdorbenen Rauffleu-
ten & de Anno 1577. ibi,* die sich einem Diebstal wol vergleichen. Ut &
in novissimo decreto civitatum *Anseaticarum Lubecæ Anno 1620.*
publicato wieder die muchwillige Falliten vnd Banckerottirer. *ibi:*
Vff solchen Fall sol nach vorgehenter *declaration* nicht allein die
Schandglocke vber sie gelutet / sondern sie auch mit öffentlicher Auf-
stellung an den Pranger / ewiger Verweisung / auch nach vermerckten
Vmbstenden / als ein Dieb oder *falsarius* an Leib vnd Leben gestrafft
werden. *Dn. Sincfelch. in d. d. 9. 18. Anton. d. l. n. 4.* Illi etenim tantum-
modò hac gratiâ Principis gaudent, qui fortunæ inclementiâ
ac vitio absque sua culpa, infortunio aliquo, utputa incendio,
ruina, naufragio, furtis, rapinis, direptionibus, depopulationi-
bus militum & simili aliquo casu fortuito, qui nemini imputa-
tur, *l. cum duobm. §. 2. §. 3. damna. 3. D. pro soc. l. final. §. 1. D. de L. Rhod. de
jact. l. que fortuitis. 6. C. de pignor. act. l. contractus. 23. D. de R. J. ibiq. Dd.
§. item. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig. c. unic. x. de commod. c. 2. depos. c.
final. de homicid. Sebast. Med. de cas. fort. p. 1. q. 16. n. 1.* ad extremam re-
ducti paupertatem & inopiam ac ita mole creditorum oppressi
atque debitorum tricis involuti sunt, ut liberè præ creditorum
incurtionibus & sollicitationibus respirare nequeant, quos verè
Just. Imp. infelices debitores appellat in *d. Nov. 4. & Nov. 135.* de
quibus etiam *Impp. in dd. R. R. Imperii sermo est, d. t. von verdorbenen
Rauffleuten / ibi:* daß sie aus vndersehenen zugestandenen Vnsfällen
ihr Leib oder güter verdorben / quod debitor per testimonium Ma-
gistra-

gistratus, sub quo domicilium habet, manifestè docere tenetur,
d. t. Bon verdorbenen &c. Hoc vero in improbis fallitis & deco-
ctoribus non habet locum, ideo expressè in *dd. R. R. dd. t. t.* hujus-
modi decoctores & qui suâ culpâ hoc damnum sentiunt exci-
piuntur, ibi: Welche mit vbermäßigen Pracht vnordentlichen We-
sen vnd Leben in abnehmen vnd verderben kommen / & statim in seq.
ibi: so sie fürsâchtlicher oder betrüglicher Weise auffstehen / Bancrot
machen vnd ausstrunnig werden. *Hunn. in resolut. ad Treut. vol. 2. d. 24.*
th. 4. q. 27. Vent. de Valent. Part. litig. lib. 2. c. 9. n. 23. Heig. d. l. n. 103. Const.
Elect. Aug. 22. p. 2. §. Wir behalten vns aber darneben sonderlich fur:
ubi cavetur, ne hujusmodi debitor miserabilis, qui fortuitis ca-
sibus fortunâs suas adeò amittit, ut solvendo non sit, prout bene
loquitur *Jctus in l. litis 37. §. 1. D. de negot. gest. in carcerem publi-*
cum conjiciatur. Dan Moll. ad d. const. n. 8. Berlich. conclus. pract. p. 2.
concl. 28. n. 45. & 48. Dn. Anton. d. l. concl. 21. n. 2. & seqq. & conc. 23. n. 6.
Heig. d. q. 35. n. 59. & seqq. Rucger. Ruland in tr. de commiss. p. 4. lib. 9. c.
ult. n. 11. & 35. Hunn. ad Treut. vol. 3. d. d. folio q. 2. Wehner. d. l. verbo
Anstandsbriefff.

XIII.

Quod tamen no adeò illimitatè arripiendum, sed ita sub
limitationis limam revocandum, nisi scilicet ipsi creditores, vel
major eorum pars ultrò etiam ejusmodi Bancruptis, has in-
ducias quasi luxuriando velint indulgere, tum enim illos eo-
dem gaudere beneficio extra dubitationis aleam positum est,
si credamus quemlibet juri suo posse renunciare, *l. si. C. de Episc.*
& Cler. l. pen. C. de pact. & volenti ac consentienti nullam fieri in-
juriam, c. scienti & consentienti 28. de R. 7. in 6. ibiq. Dyn. Muxell. l. 1. §.
5. l. 26. D. de injur. l. in diem. §. 1. D. de aq. plu. arcend. l. cum donationis
34. C. de transact. Gail. lib. 2. obs. 65. n. 2. ac quemcunque suæ rei mo-
deratorem & arbitrum esse, l. 20. C. mand. ideoque creditores de
jure suo remittere & cuique decoctori portionem aliquam
etiam donare possunt & re sua abuti, arg. l. 25. §. 12. D. de hered. pet.
Ergò magis dilationem ad solvendum concedere poterunt,
arg. c. cui licet quod est plus 53. de R. 7. in 6. præsertim quia hæc ex-
ceptio dilatoria non solum debitorum, sed & creditorum gra-
tia est introducta, ut scilicet debitores ad frugem redeant & res
suas ad meliorem reducant statum, quò deinde ipsis creditori-
bus



bus satisfiat & quod ipsis debetur consequantur, *arg. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Stracha de decobtor p. 6 n. 20. Rutger. Ruland. de commiss. p. 4. lib. 9. c. ult. n. 8. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 250. Cothman. ad lib. 1. C. tit. 19. n. 23. Diss. Cuch. de morat. presc. n. 31.*

XIV.

Vel factio suo sibi ademit I si cum verè esset obstrictus alteri, nihilominus debitum, quod postea confessus est, ab initio dolosè diffiteri non erubuerit. Fraudulenter enim inficiantibus beneficium non est indulgendum, l. 10. §. 1. D. de fidejuss. Quippe leges nostræ mendacia prohibent, mendacesque odio prosequuntur, l. de etate. 11. §. 3. ibi. non enim debuit mentiri, D. de interrogat. in jur. fac. l. 43. §. 3. D. de furt. l. ult. C. de accusat. l. 5. C. si contr. jus vel util. publ. c. si quando. 5. & c. sedes. 15. X. de rescript. c. super eo 2. de crimin. fals. Frustrà verò legis auxilium implorat, qui in legem temerè comittit, arg. l. Papinianus 8. §. meminisse. 14. D. de inoff. test. c. final. X. de immun. Eccles. c. 38. X. de R. 7. in 6. Cuch. d. tr. n. 19. Tessaure. decis. 186. n. 7. in fin. Limn. de jur. publ. d. l. n. 343. Hering. de fidejuss. c. 19. n. 69. & c. 27. n. 210. & n. 214. Rittersh. part. feud. l. 2. c. 5. q. 28. & q. 41. ubi plures & quidè numero novem refert mendacii pœnas in jure Civili expressas. Dn. Finckelth. in d. d. q. 20. Dn. Anton. d. tr. concl. 25. ubi n. 8. duas adjicit limitationes, I. Si debitor non fraudulenter & dolosè, de quo casu leges loquuntur, c. unic. 2. f. 26. §. vasallus. 3. ibi: ex certa scientia. Sed animo titubante incertaque mente oblivionem prætendens hoc fecerit, als / es wehre ihme die Schult vergessen vnd aus der achte kommen / hoc casu quia dubitans habetur pro ignorante, l. fin. §. sin autem nescius. 2. C. de furt. l. ult. C. de cond. indeb. §. 16. Inst. de obligat. qua ex del. nasc. Ignorantia autem doli expers excusat, arg. l. 42. & l. 99. de R. 7. etiam à pœna negationis, Berlich. p. 2. concl. 24. n. 94. ideo non videtur repellendus à beneficio moratorio. Cuch. d. tr. de morat. presc. n. 19. II. Si negaverit in judicio fortè debitor ac protestatus fuisset cum clausula ista generali: Nego narrata prout narrantur, vulgò, Ich bin der Klag/inmassen sie mit allen ihren Umstenden vorbracht / nit gestendig / Cuch. d. l. in med. Anton. d. l.

XV.

II. Si debitor expressè in instrumento obligatorio huic beneficio juratò vel injuratò renunciaverit. Tessaure. decis. 186. n. 8. Anton. Fab. in Cod.

*Cod. suo lib. 1, tit. 9. de fin. 20. n. 14. Hillig. ad Donell. lib. 22. c. 9. lit. m. Omnes enim quidem licentiam habent, his, quæ pro se introdu-
cta sunt renunciare, l. 51. C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact. l. pactum. 46. in fin. D. de pact. l. si iudex. 41. D. de minor. l. Herennius. 63. D. de evict. Enenckel Baro de privileg. l. 3. c. 15. n. 7. ubi plures textus adducit. He-
ring. de fidejuss. c. 27. p. 1. n. 187. Verùm quod semel repudiatum est, redintegrari minimè conceditur, l. ult. circa fin. C. de cond. insert. l. cum donationis. 34. C. de transact. & remittentibus actiones suas non est regressus dandus, l. queritur, 14. § 9. D. de Edilit. edict. l. unic. C. quand. non pet. part. Ut ita quæ ab initio fuerunt voluntatis ex post facto fiant necessitatis, l. 22. §. final. D. mand. §. mandatum. 11. Inst. eod. l. 17. § 3. D. commod. Præsertim semel remittentibus jus suum cum juramento. postea denegatur ad illud regressus, arg. c. cum cõtingat. 28. in fin. X. de jurejur. Nisi tamen hujus renunciationis in rescripto & dispensatione expressa sit facta mentio, tum enim perindè esse judico ac si adjecta esset clausula non obstante, quia ideò mentio illius renunciationis facta est, ut omnes illi denegentur vires dispositione super illa factâ contrariâ, Anton. Fab. in Cod. d. l. n. 15. Limn. d. l. n. 343. Sincelshaus. d. l. q. 19. Anton. d. l. conclus. 26. Knich. de Saxon. non prov. d. c. 5. n. 461. Hillig. d. l.*

XVI.

III. Si debitor litem contestatus sit, causaque ita in iudicium deductâ lis pendeat, isque in precibus suis qualitatis istius causæ & litis pendentis non meminerit. Sincelsh. d. l. q. 39. Anton. d. l. concl. 27. Cuch. d. tr. n. 121. Si enim lite pendente nihil planè innovandum sit: t. t. D. nihil innov. app. int. l. ult. C. si per vim vel al. mod. t. s. X. ut lite pend. nihil innov. utique nec supplicatione Principi oblatâ, privilegium aliquod maximè super eadem causa, quæ agitur impetrare licebit, l. supplicare, 2. ubi Bart. n. 3. C. ut lit. pend. Nov. 113. c. 1. ibi: quod n. in legum positum est potestate, non egebit aliqua extrinsecus dispositione. Ut meritò hujus litis cœptæ mentione non facta, rescriptum hoc ita suppressâ veritate impetratum, tanquam subreptitium ipso jure non valeat, expressâ l. 7. C. de prec. Imp. off. l. 2. ibi: sive in tacendi fraude, l. 5. & 6. C. si contr. jus vel utilit. l. 7. ibi: si preces veritate nitantur. C. de divers. rescript. c. super literis, c. ex parte. 2. c. postulasti, X. de rescript. Ratio elegans hujusmodi concessionis ab Impp. expressa est in l. 1. C. de petit. bon. subl. quæ & huc commodè trahi potest.

C

potest.



potest ibi: Quoniam plerumq; ita in nonnullis causis inuerecunda pe-
sentium inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus.
Litis autem pendentiam, ut alias sumitur, ita & hic intelligimus
à lris contestatione inductam. Rationes videlicet apud Sincelth.
d.l. Mynsing. cent. 4. obs. 26. Hering. de fidejuss. c. 23. n. 46. Diss. Zang. de
except. p. 2. c. 12. n. 2. Treutl. p. 1. d. 12. th. 2. lit. a. ibiq; Bath.

XVII.

Vel ex persona Creditoris; Si vel onus mora ferre nequeat,
Uti 1. Quod debetur eq; inopi, vel etiam majore paupertatis necessitate
oppresso: Ne scilicet huic moram nisi cum rerum & vitæ dispen-
dio non ferenti, Princeps iniquam conditionem inferre & po-
tius ejus jus evertere & auferre, quam differre contra suum offi-
cium videatur, §. ult. Inst. de his qui sui vel alien. l. 4. C. de emancip. liber.
c. super. eo. x. de off. & potest. jud. deleleg. c. suggestum, 9. x. de decimis, & ne
inde ita injuriarum nascatur occasio, unde jura nascuntur, l. me-
minerint, 6. C. unde vi. Anton. Fab. d. l. defm. 20. n. 7. Tess. d. decis. n. 7. Pau-
per autem in jure vostro dicitur, vel qui minus quam quinquaginta
aureos in donis habet, l. 10. D. accus. vel minus centum aureis,
§. sed nostra, ubi gloss. Inst. de success. libert. vel qui egestate laborat, l.
quisquis, §. 1. in fin. C. ad L. Jul. Majest. vel qui manuum labore vi-
ctum quærere cogitur, Schneid. ad princ. tit. Instit. quib. ex caus. man.
non lic. n. 12. Herman. Stam. in tr. de servit. person. l. 1. c. 4. n. 1. vel secun-
dum veriore & communem Dd. opinionem hoc judicis arbi-
trio est committendum, arg. l. 1. §. ult. D. de jur. delib. Menoch. 2. arb.
jud. qq. cent. 1. cas. 65. Stamm. d. l. Schneid. d. l. Dn. Sincelth. d. l. q. 23.
in fin.

XVIII.

II. Quod debetur Opificibus, mercenariis vel operariis, qui manu-
um suarum operâ victum sibi & suis quærunt, quos vulgè Liedlöhner / Tag-
löhner vocamus. Hisce enim personis mercedem operarum præsti-
tarum sine mora ac dilatione solvi debere jura divina, Levit. 19.
vers. 13. Deut. 24. v. 14. & 15. Tob. 4. v. 15. Malach. 3. v. 5. Matth. 10. v. 10. ad
Thim. 5. v. 18. Frider. Balduin. de cas. consc. lib. 4. c. 16. cas. 5. Hinc apud
Germanos, Ein verdientes Lohn schreyet zu Gott in Himmel;
quæst. & humana efflagitant, c. quoniam, 12. pist. 88. c. non sane. 14. quæst. 5. c.
quicumque 12. q. 2. c. cum secundum 16. x. de prebend. Idque etiam con-
ueniens Juri Sax. quo omnibus creditoribus præferuntur. Lande
recht.

recht. lib. 1. art. 22. §. Von dem Erbe solman erstlich. Const. Elect p. 2.
Const. 28. pos. princ. ibi: Daß vor allen anderen Schulden erstlich be-
zahlet werden sol dß Liedlohn. Cothm. d. 5. tit. 19. n. 24. Moll. lib. 4. semestr.
c. 6. n. 3. Quo referendi omnes illi qui in ædibus debitoris moran-
tur, vel qui ad annum conducti sunt, ut sunt omnes omninò fa-
mulii, servi, operarii ancillæ & similes. Idemque dicendum vide-
tur Anton. conclus. 44. in fin. de salariis seu stipendiis Advocatorum
cæterarumque artium liberalium Professorum & Præceptorum,
cum ad privilegia des Liedlohn proxime accedant.

XIX.

Vel aliquod ipsi ex persona sua privilegium competat:
Ut si I. *Ecclesia vel pia causa*: Ecclesia n. est cultrix & auetrix ju-
stitiæ, c. unic. vers. sed diversum. 1. F. 13. eiq; & piæ causæ semper faven-
dum, cum summa sit ratio, quæ pro religione facit, l. sunt persone
43. in fin. D. de relig. & sumpt. fun. Menoch. arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 3.
cas. 203. n. 20. exæquanturque privilegiis minorum, c. 1. & c. auditu. 3.
X. de in integ. restit. imò quod debetur piæ causæ atque Ecclesiæ, di-
citur deberi Christo: cum bona Ecclesiæ sint patrimonium
Christi. c. cum ex eo. 34. ibi: de patrimonio Christi, de elect. in 6. c. cum se-
cundum. 16. ibi: de patrimonio Jesu Christi, de præb. Anton. Fab. in Cod.
suo lib. 1. tit. 9. de fin. 20. n. 9. Dn. Finckelth. d. l. q. 29. Limu. de jur. publ.
d. l. n. 342. Anton. d. tr. conclus. 32. Hillig. ad Donell. d. lib. 22. c. 9.
lit. M.

XX.

Ut si II. Pupillus, vel Minor, vel vidua; Idque (1.) pro-
pterea, quia pupillo & minori semper aliàs jura subveniunt pro-
pter ætatem, lubricum consilium, infirmumque animi intelle-
ctum: l. 1. in princ. D. de minor. l. nam etsi 10. D. de alien. jud. mut. caus. l.
cum prætor. 12. §. 2. ibi: qui judicio carent. D. de judic. l. pupillus 9. D. de ac-
quir. vel. omit. hered. l. 1. circa fin. C. de fals. mon. (2.) Quia Ecclesia,
fiscus, pupillus & minor inter se æquiparantur, c. 1. de in integ. restit.
(3.) Quia maximus favor pupillorum & viduarum est, tam in
Sacro Codice, ubi expressum, Deum has personas sibi maxime
commendatas habere, ut Exod. 22. vers. 22. Deut. c. 14. v. 29. c. 16. v. 14. c.
14. v. 17. & seqq. quam in profano, in quo viduæ ac pupilli appel-
lantur personæ miserabiles, l. unic. ibi: quod si pupilli vel viduæ, aliisq;
C 2 fortu-

quam caam stud
rum

fortuna injuria miserabiles, innit rubr. tit. C. quand. Imper. int. pupill. vel
vid. vel. alias miserab pers. cognosc. c. 1. & 2. dist. 87. c. super quibusdam, 16.
in fin. X. de V. S. Inde viduas ac pupillos propter orbitem magis
esse privilegiatos recte afferuisse Sichard. ad auth. habita. n. 20. C. ne
fil pro patr. dicit Becht. de securit. & saly. cond. c. 5. class. 5. n. 245. Etiam si
divites sint, Menoch. de arbitr. jud. qq. lib. 2. cent. 2. cas. 66. n. 5. Treut. vol. 1.
d. 3. th. 10. lit. B. ibiq. Dn. D. Hunn. in resolut. q. 61. Gail. lib. 1. obs. 1. n. 40.
Umm. disp. ad process. judic. 4. th. 11. n. 57 Non enim divitiarum, sed condi-
tio viduitatis & pupillaris ætatis considerata sunt: nam hujus-
modi personarum solent communiter premi, & ideo Principi omni-
um maxime convenit eas contra omnem injuriam & molestiam
tueri, c. Regum, & c. administratores, 23. q. 5. Alias sequeretur inducia-
rum justitiam præcisè ex creditorum inopia seu carentia depen-
dere, cum tamen moratoria justitia ex debitoris opibus vel pau-
pertate, non ex creditoris divitiis perpendi & mensurari debeat.
Cuch. de morat. prescript. n. 149. Ut vel exinde dubium nullum sit, re-
scriptum moratorium generale ex verisimili mente Principis ad
id genus hominum extendi non debere. Anton. Fab. in Cod. d. t. 9.
def. 20. n. 10. Cuch. d. tr. n. 104. Hering. de fidejuss. c. 5. sub num. 124. Anton. d.
tr. concl. 33. Diff. Sincelsh. d. d. q. 30. Hillig. d. l.

XXI.

Aut si III. Fiscus. Non enim verisimile est, sub generali re-
scripto Principem voluisse debitum fiscale comprehendere. Quia
(1.) res fiscales quasi propriae privataeque Principis reputantur,
l. 2. §. 4. ibi: res enim fiscales quasi propriae & privatae Principis sunt. D.
ne quid in loc. publ. Quia (2.) exactio fiscalium debitorum cunctarum
reipublicae utilis & necessaria est, Nov. 17. c. 7. §. 1. l. utilitas. 3. C.
de primp. lib. 12. Publica autem privatis sunt anteferenda. d. l. 3.
C. eod. Quia (3.) rescriptum quocumque modo damnosum fisco,
tanquam subreptitium & sic invalidum impetrari & concedi non
debet. l. 3. C. de precib. Imp. off. l. 1. & 2. in fin. C. pet. bon. sublat. lib. 10. c. nec
damnosa. 25. q. 2. Klock. de jur. vectigal. concl. 35. lit. A. Quia (4.) & alias
quoque causas fiscales multis insignibus prerogativis & privile-
giis gaudent, quae videri possunt apud Anton. d. l. concl. 31. Et ita sen-
tiunt. Cuch. d. l. n. 45. Sincelsh. d. l. q. 27. Hillig. d. l. Idemque statuen-
dum de debito privato Principis, bona scilicet patrimonialia
ipsum

ipſius concernente eſſe pluribus probat Dn. Ant. d. l. n. 21 Hillig.
d. l.

XXII.

*Vel denique ex conditione vel utilitate debiti. Ut r. Alimen-
torum debita, maxime futurorum & quæ debentur paupe-
ri: Alimentorum enim cauſa maxime favorabilis & pia, l. Mela.
14. ibi: pietatis intuitu. D. de Alim. & cib. legat. Nov. 131. c. 13. ibi. egentium
pabula & alias pias cauſas. nec moram ullam vel dilationem patitur,
arg. l. 2. de feri. & l. 2. de re jud. Cuch. d. l. n. 90. Sincelſch. d. l. q. 31. Anton. d.
tr. conclus. 40.*

XXIII.

*II. Dotis, ſive ea ſolvenda, ſive repetenda ſit: Quippe
dotis cauſa, quæ cum utilitate publica conjuncta eſt, ſemper &
ubique præcipua eſſe debet. l. l. D. ſolut. matr. l. in ambiguis 85. ibique
Dec. & Weſemb. de R. J. l. in ambiguis. 70. de jur. dot. l. fin. C. ad S. C.
Vell. æquiparatur cauſis piis, l. cum is 32. §. mulier. 2. ibi: pietatis cauſa.
D. de cond. indeb. l. aſiduis. 12. C. qui pot. in pign. Muſc. de ſucceſſ. con-
vent. & anom. memb. 2. claſſ. 1. concl. 4. lit. b. n. 142. nec ullo prætextu re-
tentionem ſive retardationem admittit, l. unic. §. taceat. 5. verſ. ſed
nec. C. de rei uxor. act. Imò à bonorum ceſſione expreſſè exempta
eſt in Nov. 135. c. 1 Fab. d. l. n. 71. Cuch. d. l. n. 86. verſ. quinto principaliter li-
mita. Sincelſch. d. l. q. 32. Anton. d. l. concl. 41.*

XXIV.

*III. Studiorum: Cauſa enim ſtudiorum concernit uti-
litatem & favorem publicum, arg. auth. habita C. ne fil. pro patr. l. 14.
C. de advoc. diverſ. judic. §. final. in proæm. Inſt. cui non præſumitur
Princeps ſuo reſcripto derogare velle, l. 3. & l. 7. C. de prec. Imp. off. l.
final. C. ſi contr. jus vel util. publ. Althus. l. 2. Dicaolog. c. 3. n. 60. Et Alimen-
torum ac ſtudiorum par eſt ratio, argumentumque ab uno ad
aliud procedit, l. 1. ibi: in alendo eo vel fortè ad diſcendum. C. de inf.
expos. l. 4. D. ubi pup. ed. deb. l. 6. §. 5. D. de Carbon. edict. Sic etiam piæ
cauſæ æquiparantur, auth. habita in verbis, hoc noſtræ pietatis officium
C. ne fil. pro patr. l. quæ pater, 51. ibi: pietate debita ductus. D. famil.
herciſc. Nec dilationem vel moram recipiunt, arg. l. ſi longius. 18. §. 1.
ibi: ne ſi ei dederimus actionem, futurum ſit, ut impune fraudem patiatur
& egeſtate Roma laboret D. de judic. l. 1. & 2. C. qui atat. vel profeſſ. ſe ex-
cuſ. lib. 10.*



IV. Restitutio depositi: Quoniam causa depositi hanc sibi in jure nostro vindicat propter exuberantiam bonæ fidei prærogativam, ut res vel pecunia ita concredita illicò absque ulla mora vel obstaculo quàm celerrimè sit restituenda, *l. si quis. 11. C. depos. l. 24. D. eod.* Hinc nec arrestari vel per tertium detineri, vel restitutio ejus impediri potest. *Nov. 88. c. 1. ibiq. Cujac. & Ritterhus. multisque aliis gaudet privilegiis, quæ ex parte recenset Treutl. vol. 1. d. 26. th. 7. lit. c. ibiq. Bach. plenius Anton. d. l. concl. 39. Cuch. d. l. n. 71. & 74. Sincelsh. d. l. q. 33. Hillig. d. l. c. 9. l. lit. M.*

V. Feudalia: Utpote si fortè ageretur de servitiis Vassallorum Domino exhibendis, an Vassallus possit has literas dilatorias impetrare? quod negatur: Quia dolus, fraus, malave fides nemini debet prodesse, *l. 1. D. de Dol. mal.* Vassallus autem est in mala fide, dum dolosè detrectat servitia domino ratione juramenti fidelitatis præstanda, *c. unic. 2. F. 6. & tit. seq. c. ad hoc. 2. F. 28. c. unic. 2. F. 23. in fin.* Nam dolo carere non potest, qui non facit nec implet id, ad quod se obligatum scit. *l. dolus. 44. D. mand. l. 8. §. dolus. 9. D. eod.* Hæ literæ igitur non debent ipsi esse auxilio ad delinquendum & ingratitude committendam. Et aliàs hæ induciæ respuunt obligationes in facto consistentes, *Cuch. d. l. n. 145. Sincelsh. d. l. q. 21. Anton. d. l. concl. 35. n. 6.* Ideò generaliter conceptæ non continent causas feudales. *c. unic. §. in generali. 18. 2. F. 26. c. unic. §. 1. 2. F. 51.*

VI. Locationis merces: sive quæstio sit de mercede, censu, pensione solvenda, sive de restitutione rei locatæ: Certis n. pœnis subjacet is, qui interdicit inquilino, ne pensionē solvat domino, sicque apparet, privilegiatas esse domorum pensiones. *auth. sed jam cautum est, in fin. C. deposit. qua desumpta ex Nov. 88. c. 2.* Ergò pro pœna beneficium hocce reportare non debet. Quia locatores plerumq; ex redactione pensionum sibi alimenta parant, *tradente Cujac. in d. Nov. 88. circa med.* Alimentorum autem causa favorabilis est, *§. th. 22. & eorum petitioni etiam compensatio opponi non potest, l. 2. §. 4. D. de administr. rer. ad civit. pertin. Cujac. d. l.* Hinc pen-

penfiones dicuntur cedere in locum fructuum, l. pradiorum. 36. D. de usur. l. ancillarum. 27. §. 1. l. mercedes. 29. D. de per. hered. Menoch. arbitrar. jud. qq. lib. 2. cent 3 cas. 203. n. 17. & 18. Fab. d. l. defn. 20. n. 5. Cuch. d. tr. n. 100. Stinckelth. d. l. q. 35. Anton. d. tr. concl. 43.

XXVIII.

VII. *Venditionis pretium* ob rem jam traditam petitum: si ad illud rerum scil. commestibilium seu eduliorum in foro publicisque nundinis venalium consequendum agatur. Hillig. d. c. 9 lit. M. Fab. d. l. defn. 20. n. 13. Stinckelth. d. l. q. 36. Quia frequens, publicum ac maxime necessarium eduliorum commercium, Fab. d. tit. 9. defn. 11. n. 4. Stinckelth. d. l. ideo hujusmodi negotiatores, qui annonam important in civitatem summo favore prosequendi, l. 5. §. negotiatores. D. de jur. immun. Si enim tales dilationes concederentur emptoribus, vectores & mercatores in posterum ad ferendum ac asportandum in civitatem victualia & edulia aliaque ad vitæ usum necessaria arcerentur, & sic tandem existente penuria omnium rerum ad victum necessariorum, homines fame & inedia enecarentur, & tamen interim malitiosus ille emptor cum summa iniquitate & rem & pretium retineret, contra l. emptorem 12. §. qui autem 18. l. bona fides. 50. D. de act. empt. l. curabit. 5. C. eod. l. 1. §. illud. 8. C. de lat. lib. toll. l. pen. C. ad S. C. Vell. Quæ ratio, quia generalis, æque in aliarum rerum emptione locum habet, ideoque idem jus in iis statuendum est. Fab. d. def. 11. per tot. D. Stinckelth. d. l. q. 37. Dn. Anton. d. l. conclus. 36.

XXIX.

VIII. *Debitum recens* post infortunium paulò ante rescripti concessionem contractum. Quia tum in apertam fraudem creditorum à debitore sciens se non esse solvendo videretur hoc rescriptum impetratum, sicque fraudi ac dolo fenestra aperiretur. contra l. 63. §. 6. D. pro soc. Cum tamen jura deceptis, non decipientibus subveniant, l. 41. §. 1. de administ. tutor. l. 11. §. 1. ad exhib. l. 2. §. 3. l. 29. §. 1. l. 30. D. ad S. C. Vell. l. 18. C. eod. Fab. d. l. fin. 20. n. 18. Limn. d. lib. 4. c. 8. n. 342.

XXX.

IX. *Debitum juratum*; cui in dubio sua dispositione indefinite loquente Princeps derogare velle non præsumitur, c. constitutus.



stitutus. 19. *de rescript.* Nisi rescripto clausula illa fuerit inserta,
juramento non obstante. *Knich. de Saxon. non prov. jur. c. 5. n. 461.*
Quia differens non videtur transgressor. *c. non est voti. s. *de vot.**
& Principis dispositioni juramentum subicitur, *Kinch. d. l. n. 462.*
l. adigere. 6. s. leg. 4. D. de jur. patr. l. final. D. ad municip. Imò hodiè in
Judicio Camerali ipsis assessoribus potestas absolvendi à jura-
mento ad effectum agendi concessa est, uti apparet *& Ordin. Ca-*
mer. p. 2. tit. 24. Von relaxation der Eyde. Sic Elector Saxonie ean-
dem facultatem relaxandi & absolvendi habet. *Const. Elect. p. 2.*
const. 36. ibiq; Moller. Geil. lib. 1. obs. 25. n. 2. & seqq Reink. de R. S. & Eccl.
lib. 3. class. 1. c. ult. n. 43 Ott. de jur. publ. c. 11. Matth. Steph. de jurid. lib. 2. p. 1.
c. 3. n. 150. Berlich. concl. practicab. p. 2 q. 44. n. 1. & seqq. Sincelth. d. l. q.
24. & 25. ubi quàm plurimos diff. citat.

XXXI.

X. *Debitum ex causa delicti:* Quia (1) in generali remis-
sione non venit dolus, *arg. d. Aurelio. 20. s. 1. in fin. D. de lib. legat.* Quia
(2) si sub tempore induciarum debitor moreretur, actio in-
hæredes non competeret, sed extingueretur: *s. 1. Inst. de*
perp. & temp. act. Quia (3) odium delicti facit præsumptionem,
quod noluerit illud Princeps in rescripto suo comprehendere,
arg. l. 1. ibi: reatus excludit. C. ubi. Senatores vel clariss. l. auxilium. 37. s. 1.
in fin. D. de minor. Quia (4) malè meritis publicè, ut ad deterrenda
maleficia aliis exemplo sit, etiam egestate laborare debet, *l. 31. in*
fin. princ. D. de pos. arg. l. 5. s. 1. C. ad L. Jul. Majest. Fab. d. l. def. 20. n. 1.
Sincelth. d. l. q. 26. Plures casus in quibus cessent hæ induciæ mo-
ratorie videri possunt apud *Dd. s. adductos,* quos brevitatis cau-
sa sicco quod ajunt transeo pede.

XXXII.

Formam quod attinet harum induciarum, quæ aliàs dare
esse rei dicitur, *l. 13. s. 1. de V. S. ibiq; Gædd. l. Julianus. 9. s. 3. D. ad exhib.*
aliam puto constituendam *externam & accidentalem,* aliam
internam & essentialem. Externa & accidentalis certa consti-
tui nequit, cum variet pro stylo aulæ ac curiæ magistratus, à quo
impetrantur, quia cuilibet liberum est, prout ipsi placuerit sua
concipere privilegia & indulta. Varias autem induciarum & re-
scriptorum formas sive formulas impetrandi & concedendi vi-
dere licet apud *Meland. in comment. Camer. p. 1. tit. 103. Anton. d. tr.*
concl.

concl. 71. Formam essentialem in ipsa à Principe certâ scientiâ ad tem-
pus facta concessione delitescere arbitror, quâ facultas exigendi credito-
ribus principali autoritate aliquantisper sistitur & subtrahitur, indeq; hæ
inducia denominantur, inq; eodem spacio tanquam certâ notâ ab aliis re-
scriptis discriminantur & differunt. uti hoc latius deducit Dn. D. Anton.
d. l. concl. 48. Tempus autem tale vel quinquennale, quadriennale, trien-
nale, biennale, vel annale potest esse, intra quod has inducias exerce-
re debitoribus fas est. & illo elapso exspitant, ideò debitores illo
breviori tempore circumscriptas dilationes non adeò frequen-
ter, quam quinquennali, propter arctiorem metam arripiunt.
Unde & ut plurimum induciæ quinquennales Quinquennel ap-
pellantur. R. A. de Anno 1548. sapius d. t. Von verdorbenen Kauffleu-
ten / S. Vnd nach dem sic. & de Anno 1577. tit. 23. l. final. C. qui bon. ced.
poss. Cothm. ad l. 1. Cod. tit. 19. n. 20. Dn. Sincelst. d. l. 9. 7. Cuch. d. tr. n. 25.
Fab. d. t. 9. defm. 21.

XXXIII.

Ad formam autem illam rectè constituendam & inducias
tales impetrandas requiritur potissimum I. *Ut relata in suppli-
catione veritate nitantur*, arg. c. 2. X. de rescript. l. 7. C. de divers. re-
script. videlicet supplicansem ad tenuiorem fortunam pervenisse,
R. A. de Anno 1548. d. t. §. final ibi: Wo aber die ander Gestalt vnd
mit verschwiegener Warheit ausbracht. & de Anno 1577. eod. tit.
II. *Ut causa adjiciatur infortunii*, R. A. d. t. ibi: Das aus vnversehe-
nê zugestandener Vnfällen ihr Leib od Güter verdorben. III. *Ut hu-
jus rei testimonium afferatur Imperatori à Magistratu sup-
plicantis*, R. A. d. t. ibi: Das dieselbe Kauffleute glaubliche Brtun-
de oder schein vorbringen. IV. *Ut fidejussio idonea à creditoribus
petita pro solutione faciendâ præstetur*, d. l. 4. ibi: nisi fidejussio
idonea. C. de prec. Imp. off. Ratio est, ne debitor ea bona, quæ duranti-
bus induciis supersunt fortè profundat & prodigaliter consu-
mat, aut aufugiat & sic creditorem debito suo fraudet, eumque
illudat. Hering. de fidejuss. c. 5. n. 128. Gail. lib. 2. obs. 46. n. 14. Wehner. in
in obs. pract. verbo Anstandsbrief. Hillig. d. c. 9. l. n. Cuch. d. l. n. 53. Idque
sine distinctione & discrimine annalis, vel quinquennalis dila-
tionis, per d. l. 4. ibi: in princ. universa rescripta, C. eod. & quia in utra-
que

D

que

que eadem militat ratio. *Sinckelth. d. l. q. 11. Dn. Anton d. tr. concl. 49.*
idque in tantum firmum creditur, ut ne Principem quidem
ipsum hanc fidejussionis necessitatem debitori remittere posse
statuendum sit; ne Principis rescriptum creditori fiat captio-
sum, *arg. l. 8. in princ. de pret. stipul. & sic inde injuriæ occasio nasci-
tur, unde jura oriuntur, l. meminert. 6. C. unde vi. nec præsumatur
aliud velle ac rescribere, quam quod jura volunt, l. 35. in princ. C.
de inoff. test. §. fin Inst quib. mod. test. infirm. l. autem 4. C. de prec. imp. off.*
jubet idoneam præstare fidejussionem. *Hering. d. l. n. 129. Hillig. d. l.*
D. Sinckelth d. l. q. 12. Nec facilè debitor ad aliam cautionem pro-
pter expressa verba *d. l. 4. C. eod.* admittendus est, volunt tamen
Dd. si ob paupertatem talem fidejussoriam cautionem præstare
nequeat, per æquipollens eandem, scilicet hypotheca & pignori-
bus sufficientibus, si habeat, adimpleri posse, quia finis dictæ cau-
tionis æque hoc medio obtineri potest, obtento verò fine, non
laborandum de medio vel solennitate: *arg. l. si in duobus 10. §. 1. D.*
testam. quemad. aper. l. jubemus. 29. C. de testam. Imò & debitorem in
casu defectus & fidejussorum & pignorum ad juratoriam cau-
tionem admittendum, probatur per regulam juris, quod defi-
cientibus reliquarum satisfactionum generibus, juratoria cautio
admittatur, *l. 1. §. 2. C. de ass. toll. l. 6. D. si cui plusquam per L. Falcid. Auth.*
generaliter §. l. 33. §. 2. C. de Episc. & Cler. Nov. 134. c. 9. Zang. de except.
p. 2. c. 20. n. 2. Anton, Fab d. l. tit. 9. defn. 21. n. 4. Treut. vol. 1. d. 5. th. 2. lit. b.
Reink. de R. S. & Eccl. lib. 2. class. 2. c. 15. n. 12. Sinckelth. d. l. q. 13. Dn. Anton.
d. l. Hæque induciæ semel tantummodò possunt concedi, aliàs
nullus esset impetrationum finis & abusus hujus beneficii intro-
duceretur: Infinitas autem à jure reprobatur, arg. l. 4. §. 2. D. de
peric. & commod. rei vend. l. unic. C. de sent. que pro eo quod interest &
aliàs regulariter in causis pecuniariis plus quam semel dilatio
non conceditur, l. 7. & l. 10. fin. D. de ser. Nisi justa subsit causa, d. l.
7. ibi: causa cognita, D. de ser. quæ semper in generali dispositione
excipitur, l. 30. D. mand. Fab. d. t. 9. defn. 1. defn. 20. n. 16. D. Sinckelth. d. l.
q. 9. Dn. Anton. d. tr. concl. 56.

XXXIV.

Ultima ferè subsellia harum induciarum *Effectus* quidem
occupat, sed qui omnem in hac materia videtur facere paginam
& pri-

& primum meritò ratione dignitatis, nisi ordinis ratio aliud ex-
posceret, mereretur locum. *Est autem I.* Quod impetranti has
inducias tribuat exceptionem, (unde etiam dicitur moratoria
præscriptio) quâ mediante debitor obætatus, ab importunis cre-
ditorum appellationibus, exactioibus ac molestiis creberrimis
durantibus induciis se defendit ac tuetur, ut interim suspendatur
executio & debitor medio tempore possit respirare ac de mediis
solvendi cogitare atque ad pinguiorem fortunam pervenire.
Ad eò, ut statuto, constitutione, vel rescripto Principis omnes ex-
ceptiones in genere prohibentibus, vel omnia privilegia remo-
ventibus, non tamen extendantur ad hanc exceptionem: Sed
exaudienda de frivola & injusta, non legitima & concessa ex ju-
sta causa à Principe, *Geil. lib. 1. obs. 33. n. 5. Wes. in parat. C. lib. 8. tit. 36.*
n. 2. nec Princeps privilegia in corpore juris clausa generali dispo-
sitione tollere velle præsumitur, nisi specialis derogatio adjicia-
tur: Felin. in c. 1. n. 12. X. de rescript. Cothm. resp. academ 31. n. 28. & 50.
Quod etiam intellectum volumus de spontanea creditorum di-
latione debitori concessa, quæ exceptio inde nata dicitur pacti
conventi temporalis, seu de non petendo intra certum tempus.
l. final. C. qui bon. ced. poss. Zang. de except. c. 11. n. 1. Ulm. disp. ad process. ju-
dic. 8. th. 4. n. 25. & 26. Donell. lib. 22. comm. c. 9. in princ. ibiq. Hellig. Coler.
de process. execut. p. 1. c. 4. n. 14. Wehner. d. l. vers. effectus der Quinquen-
nell. Dn. D. Arum. in tr. de mor. c. 6. n. 5. Fab. d. l. tit. 9. defn. 2. Dn. D.
Sinckelth. d. l. q. 4. lit. C.

XXXV.

II. Quod debitor, qui hujusmodi literas impetravit, inte-
rim dum adhuc induciæ moratoriæ durant, valeat à debitoribus
suis, si quos habet, debita sua exigere & legitimis actionibus per-
sequi. Cessante hic dispositione *l. 1. & tot. t. D. quod quisq. jur. & l. 7.*
C. de rescind. vend. & R. A. de Anno 1526. §. Darauff so haben wir ibi:
In massen ein jeder von dem andern gern gethan haben vnd nehmen
wolte. Quia ad hunc finem ipsi hæc dilatio concessa est, ut inter-
medio tempore cogitare possit de modis solvendi ac exigere vi-
cissim debita sua, quibus elapso termino dilationis creditoribus
satisfaciat, qui finis & intentio creditorum cessaret, si suos debi-
tores non posset excutere, & ita quod salubriter pro utilitate
debitoris & creditoris esset intro ductum, contra utriusque com-
modum



modum produceretur, quod nulla juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, secundum Modest. in l. 25. D. de ll. cui ad stipulatur Ulpian. in l. 3. §. 5. in fin. D. de carb. edic. & Imp. in l. 6. C. de ll. & l. 5. §. 1. fin. C. de secund. nupt. Papa in c. quod gratiam. 61. de R. J. n. 6. Et frustra concederetur finis, si media ad finem tendentia & sine quibus ad illum perveniri non potest denegarentur, l. 1. §. 1. D. si ususfr. petat. arg. l. 2. D. de jurid. l. final. de off. ejus cui mand. est jurid. l. 3. §. ult. de S. P. R. Fab. d. tit. 9. de fin. 19. Coler. de process. execut. p. 1. c. 4. n. 14. Sincelth. d. d. q. 15. Dr. Anton. D. tr. concl. 52.

XXXVI.

III. Quod præscriptio per dilationem hanc impediatur, id est, eam non currere ad versus creditores, eaque illos excludi à debito, ut si debitor per annos 25. non solvit, postea impetravit dilationem quinquennale, elabuntur ita 30. anni, & tamen hoc non obstante potest creditor debitum suum petere. Quia (1) dilatio moratoria totius petitionis vires non exhaurit, l. 2. C. de prec. Imp. off. Idque (2) constat. ex l. final. C. qui bon. ced. poss. ibi. in fin. nullo præjudicio creditorum cuiquam ex quinquenni dilatione circa temporalem præscriptionem generando. Quia (3) non valenti agere, non currit præscriptio, l. 1. §. ne autem. C. de ann. except. l. in rebus. 30. vers. omnis autem. C. de jur. dot. Fab. d. l. lib. 7. tit. 9. de fin. 1. Quia (4) debitor hic est in mala fide, cui non adminiculatur ullo tempore præscriptio, c. final. x. de præscript. c. possessor. 2. de R. J. in 6. Quia (5) libellus Principi oblatus habet vim litis contestationis, l. 1. C. quand. lib. Princip. oblat. lit. contest. fac. Per litis autem contestationem præscriptio quævis interrumpitur, l. sicuti. 3. l. cum notissimi. 7. in princ. C. de præscript. 30. vel 40. annor.

XXXVII.

IV. Quod hæc dilatio tollat atq; excludat beneficiū cessionis bonorum, id est, quod debitor post finitum hoc beneficium quinquennale ad cessionis beneficium non admittatur, l. final. C. qui bon. ced. poss. ibi: in princ. vel quinquennale spacium eis indulgere, vel bonorum accipere cessionem, & in med. sive indulgere tempus, sive cessionem accipere desideret, ubi particulæ disjunctivæ & alternativæ Imperat. mentem exprimunt: Earum enim vis & natura est, ut in iis alterutrum fieri sufficiat, §. si plures, Instit. de hered. inst. ibiq; Wesenb. l. si quis. 129. in fin. de V. O. l. hac verba, 124. de V. S. l. si heredi. s. de

§. de cond. instit. l. si quis qui. 13. §. cum ita, de reb. dub. c. in alternativis. 70. de R. J. in 6. ibiq. Dd. Eberhard. in Topic. loc. d. natur. alternat. n. 8. Et alias creditores duplici incommodo contra l. navis onusta. 4. §. cum autem. 2. in princ. & fin. D. ad L. Rhod. de jact. afficerentur, quod non admittendum, sed gravatus in uno, in alio est relevandus, arg. l. eum qui. 30. in princ. D. de jurejur. Umm. disp. ad process. jud. 8. th. 4. n. 26. in fin. Webner. pract. obs. d. l. Ant. Fab. d. l. tit. 9. de fin. 21. n. 11. Diff. Sincelsh. d. l. q. 49 Bachov. ad Treut. vol. 2. d. 24. th. 4. lit. E

XXXVIII.

Cujus verò sit electio Debitoris an Creditoris uti dilatione quinquennali, vel cessione bonorum, in hoc passu disquirur: Et debitoris esse juxta regulam communem rectè statuitur, quæ est, in alternativis electionem tribui debitori, l. plerumque 10. §. ult. in fin. de jur. dot. l. 25. in pr. de contr. empt. c. in alternativis. 7. de R. J. in 6. Quod etiam in beneficiis & gratiosis concessionibus procedit, arg. l. 34. §. pen. de legat. 1. l. 23. de legat. 2. ut scilicet quod magis sibi profuturum credit, seligat & usurpet. Neque obstat. d. l. final. in princ. C. qui bon. ced. poss. uti in conflictu demonstratum dabimus. Sincelsh. d. l. q. 5. Dn. Anton. d. l. concl. 62.

XXXIX.

V. Quod concessa hac dilacione moratoria, non solum fortis, verum etiam usurarum legitima conventionem debitarum exactio medio tempore omnino cesset, quia non minus usura, quam fors debentur. Dilatio verò concessa super sorte tanquam principali, videtur etiam facta & concessa super usuris tanquam accessorio, l. solvitur. 5. §. 1. D. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Quia accessorium sequitur naturam & conditionem sui principalis: c. accessorium. 42. de R. J. in 6. sive agatur de principali inducendo, sive tollendo, sive confirmando. Dyn. Muxell. ad d. c. 42. Nec tamen eò suas hac dilatio extendit vires, ut planè sistat cursum usurarum intermedii temporis & debitor liberetur à persolutione usurarum durante dilacione principali. Quia (1) per inducias annales, vel quinquennales Princeps non præcipit creditori & fortis vel accessionis ablationem, sed meram debitori indulget dilacionem, arg. l. final. C. qui bon. ced. poss. Natura autem dilacionis est, ut actionem differat, non verò pristinam obligationem mutet. Quia (2.) beneficium Principis uni indultum, alteri non debet esse captiosum,



ptiosum, nec damnum afferre in jure jam quæsitum *arg. l. 2. §. si quis à Principe. 16. D. ne quid in loc. publ. l. Paulus notat. 8. D. de pra. stip. l. 4. C. de emancip.* Injuria autem fieret creditoribus, si iis jus, præsertim ex stipulatione quæsitum auferretur & obligatio non maneret in suo statu. Quia (3) aliàs hujusmodi debitor usuras medii temporis non persolvendo, locupletaretur cum jactura creditoris, quod est contra naturam, *l. nam hoc natura. 14. D. de cond. indeb. l. jure natura. 226. D. de R. J. c. locupetari. 48. eod. tit. in 6.* cum tamen saltem ipsi hoc rescriptum sit concessum cum in finem, ne damno afficiatur. *Fab. d. tit. 9. defm. 8. Cuch. d. tr. n. 148. Sincelth. d. l. q. 40. Dn. Anton. d. l. concl. 63. Diss. Wehn. pract. obs. verbo Anstandsbrief Moll. d. 14 semest. c. 7. n. 2. Hering. de fidejuss. c. 22. n. 39.*

XL.

VI. Quod hujusmodi privilegium moratoriae ad hæredes non transeat, sed ipsius debitoris personæ ejusque ossibus adhæreat, quia personale *arg. l. 1. §. 1. D. de jur. immunit. l. 3. §. 1 in fin. l. 4. §. 3. D. de cens.* Princeps enim (1.) privilegium moratoriae debitori ex causa miserationis indulget atque ita duntaxat respectu personæ ipsius illud concedi videtur, ideoque personale. *Coler. de process. execut. p. 1. c. 4. n. 14* Ratio rationis est, quia quando persona est immediata causa concessionis & privilegii, ipsiusque contemplatione principaliter indulgetur, tunc illud privilegium personale reputatur. *Enenckel. Baro in tr. de privil. lib. 2. c. 4. n. 54. Dan. Ott. de jur. publ. c. 12.* Personalia verò personam non transgrediuntur, § 6 *Inst. de J. N. G. & C. l. 1. §. 2. D. de constit. Princ.* Sed cum ea extinguuntur, *l. in omnibus. 68. & l. privilegia. 196. D. de R. J. l. 13. solut. matr. Baro d. l. n. 46.* Quia (2.) hujusmodi rescripta sunt facti & in facto consistere videntur, sicut de privilegiis in genere probat *Gail lib. . . obs. 1. n. 8 in fin. per c. 1. de const. in 6.* Quæ autem in facto consistunt ad hæredes non transeunt, *l. 44. in princ. D. de cond. & demonstr. §. 2. Inst. de stip. serv. ibiq. Dd. l. 1. §. 15. si is qui test. liber ess.* Nisi scilicet Princeps in rescripto suo moratorio etiam hæredum fecerit mentionem, vel postea Princeps aditus illud rescriptum dubium etiam pro hæredibus datum expresserit, cum ipsius sit suorum rescriptorum interpretatio, *l. ex facto. 43. D. de vulg. & pup. subst. l. Neratius. 191. D. de R. J. l. final. C. de ll. Vel si non à Principe hæ induciæ concessæ fuerint, sed ab ipsis creditoribus: Hæ enim*

natu-



naturam privilegiorum non induunt, sed ex contractu inducuntur, ideoque ad hæredes transeunt, ut cæteri contractus. *l. veteris. 13. l. final. C. de contr. & comm. stipul. l. 10. C. locat. l. 9. D. de probat. Gail. lib. 2. obs. 2. n. 8. Reinking. de R. S. & E. lib. 2. class. 2. c. 8. n. 23. Hensch. in method. tract. de privileg. n. 63 Anton d. l. concl. 64.*

XLI.

VII. Quod multò magis de fidejussoribus dicendum, scilicet illis non patrocinari inducias debitori principali à Principe vel parte concessas regulariter & ex sui natura contra creditores ipsius, sed statim debitum principale ab illis exigere, postularivè posse. *Coler. de process. execut. p. 1. c. 4. n. 17. & seqq. Umm. d. 8. th. 4. n. 26. Hillig. ad Donell. d. lib. 22. c. 9. lit. Bb. Diss. quàm plurimi. uti videre est apud Sinctelth. d. l. q. 17. & Anton. d. l. concl. 66. n. 5.* Quia (1.) hoc beneficium tantummodò respicit personam debitoris, cui singulariter & in privilegium commiserationis gratia ob grave ipsius infortunium ad cessionem bonorum evitandam indulgetur, *arg. l. final. C. qui bon. ced. poss. Igitur ejusdem personam non egreditur, per l. in omnibus. 68. de R. J. & l. in th. preced. citatas, nec ad fidejussores extenditur, l. exceptiones. 7. D. de except. l. quia tale. 13. D. solut. matr. l. & si fidejussor. 24. D. de re judic. Hering. d. l. c. 27. p. 4. n. 76.* Idque constat exemplo exceptionis Declinatoriæ fori. *l. si reus. 12. D. de judic. solv. l. sed etsi 28. §. 1. de judic. Competentiæ. d. l. 7. de except. d. l. & si fidejussor. 24. D. de re jud. Cessionis bonorum, §. final. in fin. Instit. de replic. Ubi additur ratio (2.) Quia qui alios pro debitore obligat, hoc maxmè prospicit, ut in hunc eventum, cum debitor principalis facultatibus lapsus fuerit, possit ab iis, quos pro eo obligavit suum consequi. *d. §. final.* Ergo contra creditores non debet allegari hoc beneficium, ne inducta ad unum finem operentur contrarium, *l. legata inutiliter. 14. D. adim. vel transf. leg. l. cum tale. 72. §. final. D. de cond. & demonstr.* (3.) Quia aliàs rescripta sunt stricti juris & strictam recipiunt interpretationem, *l. si quando. 35. C. de inoff. test. c. significante. 4. X. de rescript. quæ extra personas, ad quas pertinent non extenduntur, l. 2. C. de legation. lib. 10.* Quæ tamen opinio suas patitur limitationes, ut (1.) Si fidejussor molestus à creditoribus, debitori principali excipiendo opponat beneficium ordinis, seu excussionis sive cedendarum, tum enim stante moratorio rescripto Principalis excuti vel actiones cedi non possunt, ideo repellendi*

lendi creditores donec finitis induciis constet principalis solvendo sit, nec ne. *Auth. presente. C. de fidejuss. Gail. lib. 2. obs. 27. n. 1. Coler. de process. execut. p. 1. c. 10 n. 333. Franc. de fidejuss. c. 3. n. 162. Hering. de fidejuss. c. 27. p. 1. n. 13.* Nisi scilicet fidejussor huic beneficio excusationis specialiter renunciaverit. *Gail. d. l. Treutl. vol. 2. disp. 28. th. 5. lit. d. ibiq. Bachov. (2.)* Si debitor lite sibi denunciata compareat ad fidejussoris defensionem & ex persona propria opponat dilationem sibi concessam esse: si scilicet fidejussori efficaciter competat regressus. *Franc. de fidejuss. d. c. 3. n. 171. 166. & seqq. Coler. p. 1. c. 4. n. 21. Hering. de fidejuss. d. c. 27. p. 5 n. 78. (3.)* Si debitor in rescripto moratorio etiam nominatim fidejussoris mentionem fieri curaverit: *Hering. de fidejuss. d. l. n. 77. Fab. in Cod. d. t. 9. defn. 14. n. 2. Franc. d. l. n. 170. Anton. d. l. concl. 66.* ubi adhuc duas limitationes & aliquot sublimitationes, quæ mihi dubiæ videntur, addit. *Sinckelth. d. l. q. 17.*

XLII.

VIII. Quod licet executionem quamlibet induciæ moratoriae remorentur, tanti tamen roboris non sint, ut infirmant, vel impediunt ad tempus executionem retentionis vel compensationis, *arg. l. final. C. de compens. Ant. Fab. d. l. tit. 9. defn. 13. per tot. Sinckelth. d. l. q. 43. Anton. d. tr. concl. 53.* Quia (1.) retentionis maximus est favor in jure, eaque magis privilegiata, quam persecutio, *l. 1. ibi: in princ. sed facilius erit possidenti retentio. D. de pignor. l. per retentionem. 4. C. de usur. l. cum pater. 77. S. cum inter. D. de legat. 2. Anton. Fab. in Cod. suo lib. 2. tit. 30. defn. 2. n. 6.* nec qui petere prohibitus, censendus est prohibitus retinere, *l. si in area. 33. D. de cond. indeb.* Quia (2.) retentio præsupponit præexistentiam & habitudinem illius, quod quis retinere vult, cujus sanè acquisitioni rescriptum moratorium non refragatur, quoniam non habentibus, sed carentibus induciæ moratoriae succurrunt per suprâ tradita. Quia (3.) adeò favorabilis dicitur esse compensatio & retentio, ut etiam contra ipsam sententiæ executionem concedatur & admittatur *l. in hoc judic. 14. S. 1. vers. sed is, quia jure. D. comm. div. quod induciis moratoriis fieri nequit Sinckelth. d. l. q. 43. Anton. d. tr. concl. 28.*

XLIII.

Hos verò omnes effectus Induciæ moratoriae consequuntur & in-

& incipiunt currere à die rescripti emissi, seu dati, sive ex
 tempore concessionis, non ex tempore exhibitionis, vel
 præsentationis, eovè, quo debitor de rescripto sibi indulto
 est certioratus, aut etiam ex quo debitor utitur, aut de re-
 scripti istius æquitate fuit cognitum & pronunciatum:
Cuch. de morat. præsc. n. 152. Finchelth. d. l. q. 8. Anton. d. tr. concl. 54.
 Quia (1.) in privilegiis & rescriptis præsertim ex gratia pro-
 manantibus, tempus dati regulariter attenditur, c. eam 10. 7.
ibi: si data literarum diligentius attendisses. X. de rescript. c. si eo
tempore. 9. ibi: data tempore ipsarum eod. in 6. Clem. final. ibi: post
datam ipsarum eod. tit. Quia (2.) tempus non incipit currere,
 nisi à die, quo actus est perfectus, arg. l. quinquaginta. 38. de ex-
 cus. tur. l. tali facta stipulatione 48. D. de jur. dot. quod in his & si-
 milibus fit, si Princeps dicat, fiat, gratia perfecta est. Hinc
 Bl. referente. *Anton. d. l. n. 4. In lingua Principis stat gratia:*
In Scriptura testimonium: In executione commoditas.
 Quia (3.) privilegia principalia dicuntur accipere vires nō à
 supplicatione, sed concessione. Illo n. tempore adhuc incer-
 tum est, an & quatenus quis gaudere debeat petitis. Hoc ho-
 diè omni caret difficultate, cum Principes in ipso diploma-
 te hoc soleat expressè exprimere, illis verbis, *nächst nach Da-*
to. Quæ omnia obtinent, nisi debitor legitime fuit impedi-
 tus: Impedito enim dilationis tempus non currit, si ex fa-
 cto adversarii, vel ex alia justa causa impedimentum profi-
 ciscatur: arg. l. quibus diebus. 40. D. de cond. & demonstr. l. non
 exigimus. 2. §. si quis iudicio 3. & §. quod diximus. 6. D. si quis caut. l. 1.
 §. 2. in fin. C. de annal. excepr. Ant. Fab. d. l. tit. 9. defn. 2. n. 3.

XLIV.

Cognata seu Affinia harum induciarum moratoria-
 rum nec sicco prætereunda pede videntur: Talia verò
 sunt, (1.) *Cessio bonorum*, l. final. C. qui bon. ceder. poss. *Dilatio-*
nes & Inducia, quæ reo in iudicium vocato post libelli ob-
 lationem conceduntur, ut eo tempore secum deliberet, u-
 trum contendere, an verò cedere velit. *Auth. offeratur. C. de*
lit. contest. l. final. C. de dilat. (3.) Dilaciones & inducia

E

con



condemnatis seu iudicatis ex commiseratione jure speciali
indultæ in *l. debitoribus. 31. D. de re judic. l. eos qui 2. C. de usur. rei
jud. (4.) Inducia seu treuga* inter hostes receptæ, vulgò
Stillstand / Anstand des Kriegs / Fristtag / Geleid etc. (5.) *Salvè
conductus & securitates. (6.) Quæcunq; rescripta & bene-
fici gratia & privilegia.* Hæc enim omnia cum nostris in-
duciis in uno tertio conveniunt, demonstrante id fufius
Dn. Anton. d. tr. conclus. 69. & 70.

XLV. & ultima.

Etsi in rerum natura nihil dicitur perfectum, quod
non ex omnibus suis constat partibus, secundum *J. Cum
Caium in l. 1. D. O. 7. Imò Imperat. Justin. nihil actum esse cre-
dit, dum aliquid addendum superest in l. pen. C. de his quib. ut
indig. heredit. Gædd ad l. 5. §. final. D. V. S. n. 7.* Ideoque hîc
de Contrariis rescriptis moratoriis nobis agendum esset.
Quia tamè ex huc usque deductis ea satis & abundè in apri-
co esse & cuilibet facillè constare arbitramur, aliàsque con-
trariorum eadem sit cognitio & disciplina, *l. 1. D. de
his qui sui vel alien. jur. princ. Instit. eod. tit. princ. Instit. de tut. l.
Pomponius. 40. §. sed & is. 2. in fin. ibi: nam cum judicatur rem
meam esse, simul judicatur illius non esse. D. de procurat.* Quare hîc
filum abrumpentes ne contrarii Deo simus, eidem exem-
plo *Imp. Just. in l. 1. in princ. C. de offic. pref. pret. Afric.*

gratiam, laudem ac gloriam
tribuimus.

Corollaria.

I.

Bancruptores seu mercatores falliti torturæ subjici possunt, ut pecunias sibi creditas, itemque chirographa & rationes, quas salvas adhuc penes se habere negant, creditoribus suis indicent. *per l. 8. D. de quest. cui junge X. V. de Anno 1548. tit. Von verdorbenen Kauffleuten. ibi. Die sich einen Diebstahl wol vergleichen. Idem in X. V. de Anno 1577. tit. 23. in princ. Et mandatum der Hansee Städte / de quo supra in thesi 12. ibi: als ein Dieb/an Leib vnd Leben gestrafft werden. &c.*

II.

Princeps cum hoste pacem potest facere, nullâ habitâ ratione damnorum privati illatorum.

III.

Reservatum Ecclesiasticum à Cotholicis hæctenus præensum & ex S. R. J. de Anno 1555. Vnd nach dem &c. deductum, non est reservatum, sed ipso jure nullum ob rationes sufficientes, quas in conflictu videbimus.

F I N I S.

243

Faint, illegible text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or letter.






ULB Halle


3

005 132 649



V017







JEHOVA AUSPICE,
DISPUTATIO INAUGURALIS ⁵⁷ ²⁸
DE
INDUCIIS MORATORIIS ^{1635,5}
seu
RESCRIPTIS, SIVE LITERIS DILATORIIS
ANNALIBUS AUT QVINQVENNA-

LIBUS, & C.
Vulgò
Quinquenell/oder Anstandsbrieffen &c.
Quam
Consentiente ac permittente
Magnifico J Ctorum Ordine,
Præside
VIRO

Excellentissimo eq; ac Consultissimo,
DN. ZACHARIA Prüschenckh
J. U. D. & P. P. Curia Provincialis ac Scabinatus
Assessore & c. Dn. Fautore suo pluri-
mum honorando,
Pro summis in utroq; jure honoribus ac privile-
giis consequendis

Publico examini exponit
CAROLUS Vom Hagen Megapol.
Ad diem 23 Septemb.
In Auditorio J Ctorum
J E N Æ
TYPIS ERNESTI STEINMANNI

ANNO M, DC, XXXV.

